

## 42 De Regia Protect. vi oppressi. appell.

die 1. Decemb. 1595. coram me per praefatas decisiones non defendi recursum ad judices laicos, & invocati eorum nudum auxilium ad defendendam propriam possessionem, qua quis de facto isolatur, & qua quis etiam propria autoritate defendere potest, nusquam tamen legitur in eis, quod talis recursus fieri possit ad tribunalum, five judices laicos, tanquam judices, ad effectum obtinendi inhibitiones, & mandata contra Praelatos, & judices Ecclesiasticos, & precepta penalia ut in causa proposito.

**282** Cæterum quia nihil est tam verè dictum, quod non possit finire interpretari, & informantes pro Petro iterentur etiam decisione in dicta causa Oxonens. coram me, licet clarissime huiusmodi recursus detestetur, & damnet, ideo ex sententiæ Rotæ ad tollendum omnem difficultatem visum fuit duo adjungere.

Primum praefatas decisiones nullam præbuisse, nec præbere iis recursus authoritatem, nisi in causis à jure Canonico expressis, quamvis Rudiores, qui praefatas decisions compilant, vifi interdum fuerint iis recursibus deferre pro defendenda possessione, quam quis propria autoritate defendere potest, non quod ad judices seculares tanquam judices, & superiores recurrere licet, sed tanquam ad homines privatos juvare tamen potentes, non fecis ac si quis invocaret auxilium cuiuslibet transfluit per vicos, vel plateas: si forte de facto ab alio potiore de propria domo depellere, non tamen ut posset a judicibus laicos defendi per citations, & inhibitions, & penarum comminationes contra judices Ecclesiasticos, quia tales recursus tanquam illicitos Rota facrorum Canonum cultrix & observatrix nunquam probavit, aut toleravit, quia potius in ea re gravissime lapsum Cov. prædi. c. 35. num. 3. & cæteros idem opinantes uno consensu semper censuit, & docuit. Alterum fuit, jam superiore facultu viros pios tenuisse praefatam Achil. decisionem posse suffineri, ad id tamen animam præbere non solum Regibus, sed etiam Dominis temporalibus quibuslibet circa negotia Rotalia (qua ut plurimum beneficia existant) & circa Sacerdotia, & dignitates, ac perfonas Ecclesiasticas le intromittiendi, contra text. in c. novit. de judi. & Domini temporales ista occasione, per praetextu manutentionum, seu defensionum, se & suos judices super Sacerdotis, & Sacerdotum juridictionibus, & Sacerdotibus, constituerunt. Ergo tempore meo propter istam causam semper Achillius decisionem vidi haberi suspectam.

Quod attinet ad decisionem D. Cardinalis Blancheti in causa Salmantina, sœpe fuit reprobata, & nulla eius penitus habita ratione; arque ex his fuit conculsum, Petro obstatissime recursum, ut non potuerit tanquam excommunicatus acquirere beneficium, quod à Sede Apostolica impetravit. Hactenus de dicta decisione.

**283** Alia etiam est Rota decisiō in una Genuensis Portionis Mercurii 3. Decemb. 1613. coram Burrato, de qua testif. Propter Farinac. part. 2. tom. 1. decisiō 49. num. 6. fol. 541. in hac:

Accedebat recursus habitus pro Gomezio post sententiam ordinarii, ad judices laicos in hac causa, qui sit, ut incideret in excommunicationem Bullæ in Cœna Domini, & veniat a limine judicij repellendum; c. exceptionem. 12. de exceptio. ubi Doctores c. 1. & Clem. 1. eodem tit. & notat in c. 1. de script. in 6. & consequenter deneganda remissoria. Rota in Tolentan. Parochial. 2. Maii 1597. coram bon. mem. Litta, & cum isti recursus sint facti nomine Gomezii habentes interesse, præsumuntur etiam de illius mandato, ad effectum deneganda eidem audiencia Rot. in Placent. beneficiorū decimonono Februario, anno millesimo sexcentesimo tertio, coram illustrissimo Cardinale Mellino, & in Tuden. benef. 5. April. & vigesimoquinto Junii; anno

millesimo sexcentesimo quarto, coram bon. mem. Penna, ex his præcipue pro denegatione remissoria refolutum.

Alia est decisiō Rotæ in una Pamphilon. attentat. 284 Mercurii primo Julii, anno millesimo sexcentesimo decimo quinto, coram Pirovan. de qua testif. Farinac. 2. p. 1. 1. decisiō 751. in hac verba:

Pro Nicolao Solo informantे fuit resolutum, nempe constare de attentatis, que veniant revocanda, quia causa pendente in Rota, & post inhibitionem Rotalem transmissum index delegatus, jam officio suo functus super executione literarum Apostolicarum in spretum Jurisdictionis judicis ad quem reposuit Martinum ab omnibus decretis per eum factis, quod facere minime poterat, stante pendente causa, & inhibitione, quæ omnino erat timenda, Achil. decisiō 19. de appell. & coram Accorambon. inter imprellas post tractat. salu. D. Statili, decisione 60.

Non obstat quod ad prædictam attentatorum revocationem deveniendum non sit, nisi prius transportatis actis ad Curiam, sine quibus jurisdictione non dicuntur aperta judicii, iuxta decreta Concilii Tridentini, nam ultra quod adiunctum sufficiente acta ad probandum attestata, nempe, recursus ad Concilium, & sententia repositio contra propriam sententiam, jam latam pro Nicolao, fuit etiam dictum, stante impedimento prædicto per Consilium instanti procuratore Martini, ne acta posset transportari, solent in odium recurrentibus haberi pro transportatis, Gabriel de appella. concil. 5. num. 5. & 9. & in hi terminis alias fuit resolutum in Calaguritanæ beneficii; undecimo Februario, anno millesimo sexcentesimo octavo, coram R. P. D. Domino Pamphilio.

Adverterunt tamen Domini, quod omnia in Consilio Regio gesta fuerunt per Gabrielem de Egullis procuratorem Martini, de cuius mandato non constat, quæ etiæ acta in Cordubam. Archidiaconus Castro, vigesimo septimo Octobris, anno millesimo sexcentesimo sexto, coram Reverendissimo Archiepiscopo Damasco, nihilominus ad declarationem censurorum maiorem probationem expectare voluerunt, prout etiam dixerunt in causa Genueni. censu coram me 17. Junii, anno 1603. ideo quod ad censuras, ultra principalem pro revocandis attentatis, nihil voluerunt determinare, & ita fuit dictum.

Et idem Farinac. 1. part. tom. 2. 2. decisiō 534. fol. 285

93. testif. de alia decisione in una Placentina. benef. Mercurii vigesimali, anno millesimo sexcentesimo decimotertio, coram Ubaldo in hac:

Fuit resolutum sententiam Rotalem esse confirmandam, quia de ejus validitate non controvenerit, & in ea intervenerunt omnia requisita, de quibus Caputaq. decisiō 260. part. 1. justitiae verò deducitur, quia beneficium, de quo agitur, vacavit de mense Februario, qui flante altera concessa Episcopo, & ab eo acceptata, fit ordinarius, & ideo collatio ab eo facta in persona Bernardini valuit, gratia verò Joannis fundata in præterea reservatione ratione mensis corruit Roma. conf. 335. num. 11. & 14. ut latius fuit deductum in decisionibus in hac causa factis 29. Novemb. anno millesimo sexcentesimo decimo, & 1. Julii, anno millesimo sexcentesimo undecimo, coram illustrissimo Cardinale Lancelotto, à quo emanavit sententia prædicta abolitoria Bernardini.

Contra quam tamen in hodierna causa propositione coram me adducebantur multa respiciencia, tam inhabilitatem personæ Episcopi conferentis, quæm ipsius Bernardini, cui fuit facta collatio, & quoad Episcopum apponebatur ipsum fuisse excommunicatum, de tempore factæ collationis, proper recursus ad judices laicos, & ideo collationem non valere, cap. 1. de script. in 6. etiam excommunicatus esset occultus,

Cæsar

## Pars I. Cap. I. Prælud. V.

43

do, & esti Farinac. 529. num. 4. fol. 87. prima part. tomo secundo, in hac.

Et facit ad motivum superadditum simile de supplicationibus factis judicii laico pro habendo brachio fasciulari adversus judicem Ecclesiasticum, que præsumuntur porrecta ab eo, cuius interest, ut saepe dictum est in Rota; & signanter in causa Tuden. beneficii octavo Junii anno millesimo sexcentesimo septimo, coram Reverendissimo Domino meo Damasco, & tamen præsumptio tendit ad supplicantem afficiendum poena excommunicationis, unde multo magis videtur intrare dicta præsumptio, quod supplicatio fuerit porrecta in hoc cau in eo, cuius intererat, ex quo tractatur de exemplis allegantur.

Idem Farinac. in eodem tomo secundo, prima part. 287 decisione 602. folio 179. in una Placentina benefic. Mercurii 21. 1614. in hac:

Impugnabatur decisiō in hac causa coram me facta die vigesimali septima Novembri præterit duobus postillis fundatis, primum erat, quod videbantur sufficienter probati recursus Episcopi Placen. ad judicis laicos ex mandato speciali ad recurrend. acceptance. & ratificatione ipsius, & proinde tanquam excommunicatus non videbatur capax alternative, cujus vigore contulit beneficium, de quo agitur, nam alterativa, quam acceptaverat de tempore felic. record. Clementis VIII. expiraverat per obitum Pape anno millesimo sexcentesimo quinto, & tempore alternativæ concessa per sanctissimum. D. N. quam Episcopus acceptavit de anno millesimo sexcentesimo sexto, iam erat excommunicatus propter dictos recursus habitos de anno millesimo sexcentesimo tertio, & alias certum est excommunicatus esse incapacem cuiuscunq; gratia, & rescripti, cap. 1. de re script. in 6. Butr. in cap. ad probandum. n. 11. vers. 29. cajus, Calder. consilio 12. de reg. Roman. consilio 506. n. 12.

Secundo dicebatur ex textibus noviter examinatis probatum suisse, Episcopum durante excommunicatione ordines sacros contulisse, & dabatur etiam publicum instrumentum unius collationis, quo casu Episcopus videbatur factus irregularis, cap. 11. quæ 2. respons. de sentent. excomm. in 6. cum allegat. quæ irregularitas inducit suspitionem, & suspensus, five occulæ, five palam; prohibetur ab exercito jurisdictionis, sic a collatione beneficiorum, ut etiam distingendo inter excommunicatum, & suspensum firmatur in d. decisione hujus causa coram me.

Vixit his non obstantibus Domini non putarunt esse recedendum à prædicta decisione 27. Novembr. in hac causa facta, ex fundamentis ibi relatis. Et quod primum objectum considerabant, quo in effectu agitur, ut Episcopus propter dictos recursus fuerit effectus inhabilis ad conferendum, & ulterius ab eo provisi priuentur jure sibi quæsito, & sic negari non potest, quia in utroque casu agatur de poena lib. 1. Cod. de his, qui panis nom. Bald. in repei. I. seu & si posse, sub numero 60. ff. si quis cau. in judic. & ideo hoc casu requiri concludentissima probatio recursuum; ut fuit firmatum in decisiō Tuden. Beneficii 5. April. 1604. & 25. Junii ejusdem anni coram bon. mem. Pennia, & in d. decisiō coram me.

Quo posito, si examinetur vel conjunctim, vel divisiū præsumptiones illæ, quæ afferuntur contra Episcopum, non putabant Domini esse tales, ex quibus Episcopus potuisse; vel posset hodie, si viveret, declarari excommunicatus, nam quoad mandatum illud, fuit generale ad facendas qualcumque requisitiones, appellations, & protections, in causa Episcopi cum Decano, & Capitulo, & sic potuit intelligi in causis licitis, in quibus Ecclesiastici possunt impune recurrere ad judices laicos, ut latè per Menoch. de reiend. remed. 3. quæf. 52. num. 354. & sequentibus.

D 4

Provi-

## 44 De Regia Protect. vi oppress. appell.

Provisiones Regiae, quae adducebantur, partim emanarunt ante dictum mandatum, partim petitae fuerunt à diversa persona ab iis, que in mandato fuerunt expressæ, ut latius fuit ostensum per informantes, sed quatenus etiam essent probati dicti recursus, tamen cum Episcopus nunquam fuerit declaratus excommunicatus, potuit conferre, cum excommunicatus non privetur exercitio Jurisdictionis, antequam declaratur excommunicatus, per Navarr. in man. cap. 27. sub. n. 1. & num. 152. versiculo dicto, & latius fuit deductum in decisione hujus causa.

Et idem Farinac. in decisione 686. num. 2. fol. 287. d. 2. tom. 1. part. in hac ibi,

283 Imò non solum fuit probata scientia Rectorum, sed manifesta, & dolosa contumacia, ex quo ipsi habuerunt recursum ad Concilium Regium, & sub falso praetextu, quod provisio careret Jurisdictione, extorserunt provisionem Regiam, in qua nihilominus referunt statutus cause circa examen, quod per receptorem fiebat, summario num. 4. quo cauſa, & qua flante contumacia non erat necessaria aliqua citatio, etiam si alias de jure fore requisita iuxta text. in cap. 2. de dol. & contumac. in 6. Alexand. in l. de uniuersitate, num. 16. de re judic. Gabriel, de citat. consilio 1. numero 299. & binc. cestebat alia nullitas deducta ex lib. 8. titulo 6. lib. 4. nov. replicatio. ubi antequam receptoris literis utatur, illas debet notificare parti, ut ad locum receptoris accedat, & ibi Alphon. de Azeved. notat idem esse de jure communii, scilicet sumptum ex l. judices, ubi Castren. in princ. & num. fin. Cod. de fid. instrument. ille enim defectus fuit sanatus ex supervenienti scientia Rectorum.

Quæ omnes decisiones tunc prohibent recursum ad judices seculares, quando ipsi judicialiter procedunt in tollenda violentia, prout ex eis evidenter appetat, quæ dum dicunt recurrentes ad judices laicos incurritis censuras, supponunt judicium, & Jurisdictionem in judicibus laicis, prout inhibitions, & alias similia profitentes omnes unanimiter, rectè posse recurriri ad judices seculares pro tollenda violentia à judicibus Ecclesiastica illata, nullo dato juris ordine, sed extrajudiciali cognitione dumtaxat; prout in nostro recursu ad Regem evidenter monstravimus *suprà*, *præludio tertio*.

289 Cui faveat Rota decisio in una Aurien. Parochial. de Pao Luna secundo Decembri 1606. coram D. Ludonense, dum permisit Patronis laicis posse recurrere ad suprema tribunala; quem recursum nos Bullarum retentionem dicimus, de qua decisione testatur Farinac. part. I. tom. 1. decisione 191. num. 5. fol. 205. quæ in hac inquit.

Non obstante recursus habiti ad judices laicos *ad Rot. decisi. 7. de re judic. in nov.* quia hoc cauſa non probantur, & ubi probarentur, potuerunt fieri per Patrons laicos, dum autem recursus habere potuerunt à pluribus, non probant contra certum aliquem, nisi in illis effet nominatus, ut fuit dictum in causa Pamphilon. prioratus de Arguidas coram R. P. D. meo Ludovico 5. Martii 1603.

290 Et ut omnino tollatur in hoc cauſa difficultas, sciendum est Romanum Pontificem Martinum V. anno 12. sui Pontificatus in una Bulla, seu Pontificali rescripto declarasse ad instantiam Regis Francorum; se per illum suam sanctiōnem, quæ graves peinas statuerat aduersus clericos se convenire patientes coram judicibus secularibus: non intellexisse de casibus pertinentibus Regem de jure, quam de confuetudine immemoriali inter clericos cognoscendi, cùm eo jure non utatur ad remissionem Jurisdictionis Ecclesiastica; quænam refert ad literam Guid. Papæ in quest. 1. Delphin. & in quest. 85. & eam etiam ad nostrum propositum refert Sese in Epistol. ad Regem, numero 97. cuius etiam essentiale

partem refert idem Sese tract. de inhibit. c. 8. §. 3. n. 48. fol. 589. quam hic inferere libuit pro nostra confuetudini, & cognitionis extrajudicialis defensionis, ac cognitionis per viam violente majori perfectione, ac claritate, quæ sic se habet in hac verba.

### Bulla Martini V. Pontificis Maximi.

Martinus Episcopus servus servorum Dei, ad per-

petuam rei memoriam. Apostolica Sedis, à qua & circumspæcta provisio quorūlibet iura, & tranquillitatem confoveri satagens, cùm verisimiliter timetur, ne cupiditas improba se à veniis absilire nesciens faciat, & ordinationibus à se hujusmodi prædeudentibus laxato frē orationis abutatur, nunc per provisionis debite remedium; nunc vero per opportuna declarationis officium nimirū obviare, dudum siquidem provide consideranter, quod licet clerici, Ecclesiasticaque persona, quæ suas causas, & querelas in his præcipue, quæ de jure, vel confuetudine ad forum Ecclesiasticum, pertinet noscuntur, eo tamen detelicto, secularibus negotiis se submittere, seu partes sibi adversas ad forum de jure vetium conveniri vel trahere præsumebant, gravibus prōinde peenis tam in spiritualibus, quam temporalibus, etiam jure disponente alligarentur; poscas tamen ipsa non sine propria salutis periculo ieiūs habere videbantur in contemptu, nos qui ex debito pastoralis officii salutem quartū singulorum, super his opportunitate providere volentes autoritate Apostolica statuimus, & etiam ordinamus, quod quicunque ex clericis, & personis eisdem de cetero reus talis præscriptionis existenter, nisi à præmissis desisteret, omni commido carere, ipseque in graves, tunc exprefas, & alias iurius peinas incurreret, prout in dictis literis plenius continetur. Cùm autem sicut pro parte charissimi in Christo Filii nostri Caroli Regis Francorum illustris, nuper nobis fuit expositum; quod à nonnullis virtutis in dubium, an per hujusmodi nostram conciliacionem derogare voluerimus iuri, & Jurisdictioni Regiae, præfertim in causa possessori reintendere possessions super suis Ecclesiis, & beneficiis Ecclesiastici suorum Regni Francie, & Delphinatus Viennensis per quam Jurisdictionem prefatus Rex sibi assentit licere in omni cauſa etiam juridice tueri possessoris: nos ad omne ambiguitatis tollendum dubium, super his opportunitate prævidere volentes, ejusdem Regis in parte supplicationibus inclinati, autoritate Apostolica tenore presentium declaramus, nostra intentionis non suffit, nec effi per dictam, aut quacumque aliā constitutiōnem eidem Regi, & eis Regiae Jurisdictioni, per quam ut assentit, tam Rex, quam fui primogenitores super hujusmodi possessorio à tanto tempore, circa quod de eius costrario memoria hominum non exsistit, confuerunt cognoscere, in alio quo derogare volebile, aut velle quoquomodo, ipsosque Reges, & judices decernentes partes molestas, super eorum conservatione ad suorum beneficiorum possessionem ipsius Regis auxiliū implorantes, dummodo in contemptum Jurisdictionis, & libertatis Ecclesiasticae, ut partes sibi adversas in rebus Ecclesiasticis diutius perturbarent, hoc non fecerint, peinas in dicta nostra constitutione contentas nullatenus incurrisse, aut debere incurrire, quovis modo, per hoc autem nullum iuri seu Jurisdictionem, in præmissis cognoscendi, eidem Regi de novo acquiri volumus, sed antiquum ( si quod habeat ) omni modo conservari. Nulli ergo hominum licet hanc paginam nostræ declarationis, constitutionis, & voluntatis infringere, & ei auſu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotens Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus se noverit incurſurum. Datum Ro-

mæ

## Pars I. Cap. I. Prælud. V.

45

ane apud sanctos Apóstolos Kalendis Maii Pontificatus anno 22. Floruit anno 1431.

293 Cujus Bullæ determinatio attente ponderanda est, & ejus verba attendenda, quæ licet specialiter sit inducīt in favorem Regum Franciæ; tamen ejus decisio, & determinatio generalis est, universaliter comprehendit omnes Reges, & Principes superiores, simile jus, & confuetudinem immemorialem habentes cognoscendi in aliquibus casibus inter personas Ecclesiasticas, ut tradit Guillel. Benedict. in c. Rayna. verbo, & usorem nomine Adelaſiam, decisi. 2. n. 117. de testem. quæ ad idem sequitur Fulvius Pacian. cons. fin. n. 12. & n. 29. & post Covar. idem tenet. Sese tract. de inhibitio. cap. 8. §. 3. n. 85. dum dicit generaliter lo-

294 quando ex eadem Bulla Martini V. quod non præsumitur, Papam velle tollere has immemoriales confuetudines antiquas, & rationabiles. Idem, & clarius tenet in eodem §. 3. n. 50. quod illius Bulla determinatio extendatur ad illam confuetudinem similem, quæ habetur in illo Regno Aragonum, recurrendi ad Senatum per viam protectionis & tollendæ violencie, ubi allegat ad id Navarrum, & Salcedum, per quos etiam in n. 86. & 87. affirmat, quod Romanus Pontifex per censuras generaliter à le latas, non videtur velle derogare iuri quæto Majestati Regie, five de jure, five de confuetudine iuxta illam declarationem Martini relatam, & sic omnes ex identitate rationis ( quæ generalis est ) intelligent illam Bullam in omnibus Regibus, simile jus, & confuetudinem immemorialem habentibus, maximè Regibus Hispaniæ, qui ceteris sunt præstatiores, & maximo amore, & privilegio sunt confuetudo, prout & de aliis pluribus doctrinis, quibus haec opinio, & argumentum repellitur, latissime videtur poteris ex his, quæ conformatur *suprà*, *prælud. 3. circa justificationem hojus confuetudinis immemoriales* à n. 121. prout passim in jure videmus, plurimi in casibus posse judicem laicarem de clericis cognoscere, & Ecclesiastica negotia tractare, ut *superius num. 251.*

295 Minus obstat quantum argumentum, de quo ad principium hujus *capit. n. 35.* ubi quod hujusmodi confusum tuto, est praedicta Ecclesiastica libertati, & ideo suspiranti non potest, & exemptio clericorum, quæ de jure divino est, nulla confuetudine etiam immemoriali auferenda. Cui responderet, quod licet verum sit; à jure divino in spiritualibus procedere exemptionem clericorum, quam etiam Summus Pontifex tollere non potest in universum; tamen in causa particulari, & limitato potest inducīt confuetudo, prout & de aliis pluribus doctrinis, quibus haec opinio, & argumentum repellitur, latissime videtur poteris ex his, quæ conformatur *suprà*, *prælud. 3. circa justificationem hojus confuetudinis immemoriales* à n. 121. prout passim in jure videmus, plurimi in casibus posse judicem laicarem de clericis cognoscere, & Ecclesiastica negotia tractare, ut *superius num. 251.*

Et infra responderet, prout, superioribus argumentis respondemus, ut omnia illa jura doctrinæ, & authoritatis, tam regulæ, quam limitaciones, de quibus nos loco citato; procedunt, & loquuntur in jurisdictione praescribenda, & in confuetudine inducenda contra clericos jurisdictionaliter, de quo nos non loquimur, nec ferim nosfer est, sed tantum de nuda defensione, & protectione vi oppresorum, & auxilio Regio extrajudicialiter imploranti exhibendo, prout adnotavimus *suprà*, *prælud. 1. per totum.*

Et idem minus obstat, quod haec confuetudo sit contra libertatem Ecclesiasticam, quæ totaliter illi favorabilis est, nimirum valde utilis, ut notat Suarez lib. 4. de immunit. Ecclesiast. in cap. 44. n. 43. Cœned. in quæf. canon. 45. num. 9. ubi optimè & n. 35. Morl. in Empor. jur. tit. 2. de jurid. quest. 14. n. 8. & probat expressè d. Bulla Martini V. superioris relata ad responsionem tertii argumenti, & nos latius cœprobavimus *suprà*, ad responsionem secundi, & post Manuëlem Rod. Navar. Covar. Pacian. & Cachera. tenet novissime Torre Blanca in *tratatu de magia*, lib. 3. cap. 26. n. 32. alios citavi sursum à num. 239.

296 Unde est, quod quando Princeps uni prædicti referbit, per consequentiam omnibus prædictis scriptis intelligitur. Ita est mirabilis doctrina B. in l. relegatorum, §. interdicere, ff. de interdit. & reley. Paris de Put. de Syndicatu. ff. officialis, cap. 1. num. 14. Ill. in l. 1. n. 7. ff. de const. principe. Parlador. lib. 2. rerum quotid. c. fin. 5. p. 10. num. 26. folio 258. ubi etiam,

297 quando ratio legis est generalis, uni tamen prædicti directa, ad omnes judices extendit, & comprehenditur: ergo licet hæc Bulla specialiter sit directa ad Regem Francie, tamen cum ejus ratio generalis sit, ad similes confuetudines, & casus debet extendi, ubi identitas rationis consideretur.

298 Quare perpetuo attendenda est illius Bullæ celebris determinatio, præcipue in illis verbis ibi: Nos ad ambiguitatē tollendum declaramus, nostra intentionis non esse, per quamcumque confuetudinem Regi, & Regis jurisdictioni, per quam à tempore immemoriali confuerit ipse; & sui officiales cognoscere super omni possessorio; in aliquo derogare, ipsilisque Regem, & judices detinentes partes molestas, super eorum conservatione ad suorum beneficiorum possessionem ipsius Regis auxiliū implorantes, dummodo in contemptum jurisdictionis Ecclesiasticae, ut partes sibi adversas in rebus Ecclesiasticis diutius perturbarent; hoc non fecerint, peinas in dicta nostra constitutione contentas nullatenus incurrisse, aut debere incurrire, quovis modo, nec incurrere.

Hactenus de satisfactione tertii argumenti.

Nec obstar lepitimum argumentum, de quo *suprà*, num. 37. quo dicitur, quod laici non possunt inducere confuetudinem ligantem Ecclesiasticas personas. Cui responderet, quod haec confuetudo originaliter fuit introduc̄ta ab Ecclesiastis personis, quorum frequentia major est in tribunalibus Ecclesiasticis, & ob id imaginis frequenter violentias reportant & ab illis opprimentur etiam laici, & sic active, & passively per longum usum à clericis, & secularibus introducta fuit, & ideo dicitur confuetudo mixta clericorum, & laicorum, quam magnam vim habere, etiam in negotiis Ecclesiasticis, ex Abbate, Felin. Dec. Covar. Joan. Garc. Barbos. Bur. Immol. & Mart. Anton. Generis. latius diximus *suprà*,

## 46 De Regia Protect. vi oppress. appell.

- Juris, prelud. 3. circa iustificationem consuetudinis, veritate. & insuper quoniam cum ijsbac, à n. 137.*
- 309 Nec obflat octavum, & ultimum argumentum ad ductum *suprā*, n. 38. ex quo dicebatur, quod privilegium praeiunctum inductum est consuetudine, potuit tolli, & revocari à Romano Pontifice, prout in Bulla Coenæ Domini *casu* 15. ibi, aut praetextu cuiuslibet consuetudinis, seu privilegi, quia responderet, primo, quod Bulla disponit, ut nullus occasione, & colore aliquo privilegii, aliquid faciat contra *ibi* dispolium, sed Bulla non loquitur, non procedit, nec aliquid disponit super hac cognitione extrajudiciali, & charitativa protectione, ac nuda vi oppressorum defensione, omni jure naturali, divino, positivo, & consuetudine, permisit, & pertinente Regibus supremis (prout latius videamus in secundi argumenti responsione) & sic à separatis non fit illatio. Secundò respondetur, quod hæc cognitio, & naturalis defensio subditoris non competit Regibus supremis ex aliquo privilegio Romani Pontificis, sed ex jure naturali infiniti, ratione, & principio, naturale attributum est, propriumque Regis officium inhaerens regimini, à quo avelli non potest, nisi simul, & in causis, quibus regimen, & Regnum tolli potest,
- 311 & tunc non de per se tollitur, sed tanquam substantia, medulla, anima, & qualitas sui totius subiecti. Et quia hæc ista cognitio, & extrajudicialis defensio proveniens à nudo jure naturali, semper in omnibus privilegiorum revocationibus preservata, censetur confirmata, & approbata, eisque immemorialis consuetudo, ut apparet expreſſe ex d. Bulla Martini V. & post hæc scripta vidimus Cevall. in tractatu de cognitione per viam violentie, in proximo, c. 10. & gloſſ. 6. n. 42. disputatione, an dato caſu, quod hæc cognitio pertinet Regi ex 312 privilegio (cum præcipue competit mero jure ex officio regali, & ex fonte juri naturali) posſit per Pontificem revocari, & quod tolli non posſit probat Torre Blanca *tratatu de magia*, lib. 3. c. 26. à n. 3. cum *seqq.*
- 313 Deinde quia in d. Bulla dimitaxat excommunicantur generaliter impedites, & quo modo perturbantes libertatem ecclesiasticam, super quo tollitur consuetudo, & privilegium, & caſu negato, quod illa Bulla in hac cognitione per modum extrajudicialis defensionis loqueretur, consuetudinem immemoriam nostram non censiſi sublatam, diximus latus *suprā*, d. *prælud.* 3. à num. 155. circa iustificationem consuetudinis, & quia ut *superius* diximus, non solum non violatur ex protectione Regia libertas ecclesiastica, in modo applicatur, & augeatur, ut tueri, & securiori modo jus innocens conservetur.
- 314 Infuper jam notandum est, quod Bulla Coenæ Domini incipit anno 1499. Kalendas Aprilis, tempore Alex. & Martini V. in qua nulla fit mentio tollendis violentiæ, sed generaliter excommunicantur impedites libertatem ecclesiasticam, posita vero Sixtus Papa IV. Bullam Coenæ ad antiquam illam formam Martini V. reduxit, & multas clausulas à Paulo II. positas, abſuluit à praedicta Bulla, ut tradit Angel. verb. excommunicatione 30. cas. 31. Sylvester verb. excommunicatione 7. n. 77. excommunicatione 32. Tabien. verb. excommunicatione 6. §. 12. vers. 15. ubi Sylvester referit Bullam ejusdem Sixti IV. ad Duxem Mediol. Galleaceum anno 1479. Novemb. 19. posita vero specialiter, & in particulari fuit facta mentio in Bulla hujs prohibitione (sicilicet etiam sub praetextu violentie) ut habetur in Bulla Adriani Papæ, & Sixti, ut tradit Cajetan. verb. excommunicatione, cap. 30. idem habetur in Bulla Iuli Papæ III. secundum Ledefmam 2. p. q. 26. art. 2. idem habetur in Bulla Pauli IV. Soto in 4. d. 22. *quesit.* 2. art. 3. & in Bulla Gregorij XIII. anno 1584. tradit. Navar. in manual. cap. 27. n. 69. & sic dicta Bulla, & clausula (etiam sub praetextu violentie) incipit à Bulla Adrian. VI. anno 1523.

non bene perpendicularis hanc nostram materiam cognitionis

## Pars I. Cap. I. Prælud. V.

- gnitionis per viam violentie inadvertenter labuntur, magis terminorum juridicorum ignari quam corde; & intentione peccantes, qui quidem legitimos, ac debitos 326 loquendi modos confundentes, vel hanc extrajudicalem protectionem, & nudam defensionem vocant jurisdictionem. Vel afferunt, etiam inadvertenter judices Regios habere praescriptam jurisdictionem adversus ecclesiasticos judices, ad cognoscendum per viam violentie, inter quos unus est Bobadil. in *polit.* 2. p. c. 18. n. 139. Segus de Habalos in *directorio judic. ecclasiast.* cap. 13. num. 51. quia hic (ut sape diximus, præcipue *prælud.* 3. ubi late probavi) nulla datur jurisdictione, sed via protectiva, & propulsiva, nudum auxilium & naturalis defensio, ac potestis politica & economica, fine umbra aut vestigio Jurisdictionis.
- 327 Hinc etiam Azor. in *Summa iustitio moralis lib. 5. c. 14. num. 1.* (qui ex proposito tenaciter sui proprii dumentat opinione motus, contra hujusmodi cognitionem per viam violentie, & nimis iustificatam protectionem late infurgit, præcipue contra Covarr.) merito reprobatus, reprehenditur per Seſe *tratatu de inhibito. cap. 8. §. 3. num. 55.* & 166. Fontanal. in *tratatu de pañuelo. gloſſ. 13. casu 14. p. 3. à num. 12. cum sequentibus*, & eo non citato, Puegier. in *suis deci. 92.* & post hæc Cevall. in *epit. ad Regem*, n. 99. & in *lib. 4. commun. opin. quesit.* 1. à n. 327. & iterum n. 273. & amplius in *tratatu de cognitione per viam violentie. gloſſ. 6. n. 56.* qui fallo supposito fundamento totam suam opinionem fundat, icilicet; supponendo Regem in hac cognitione, & protectione procedere cum jurisdictione, & judicialiter, & in forma judicij quod quam falsum sit, monstravimus *suprā* longa manu propter cæteris in *prælud.* 3. ex quo multas doctrinas mirabiles in ista materia reperies, quibus facilimè poteris evacuare hujus Doctoris fundamenta, & ejus suppositionem falsam oculis monstrare; cujus fundamenta figillat, & ex professo respondent prædicti Doctores, illum unanimiter reprobantes, ad quos te remitto, quia aliorum examinatione non indiger, idem etiam penè, quod Azor. & contra Covarr. dicit Prosper. *Farinacis consul.* 68. *inter decisiones criminali.* eodem fallo supposito, & fundamento jurisdictionis, cui pariter, ut *superius* respondendum, licet ipse duobus concurrentibus admittat illud.
- 328 Eadem etiam ratione cavendum est à Cevall. dum in *epit. ad Regem*, n. 8. & in alijs pluribus sui operis partibus, hoc loquendi modo uitio, dum tractatio de recurso Regio, dicit, potest, vel non potest in hoc casu appellare per viam violentie: miror certè tanti Doctoris, duo ad invicem repugnantia, conjungere, etenim si appellare, quomodo per viam violentie? si per viam violentie, quomodo appellare? ex hac ergo nefanda mixtura, quid potest oriri nisi horror, & scandalum unicus Reipublicæ, Ecclesiastica, & temporali, idem dicit in *gloſſa. 9. num. 8. ad fin.*
- 329 Hinc majori animadversione dignus est Cevall. qui alios reprobat minori caſa, & occasione qui quidem *tratatu de cognitione per viam violentie, in proximo, c. 1. Jub n. 9.* labitur peccatis in legitimis jurisprudencie, & hujus protectione extrajudicialis terminis, illos penitus confundens, inquit igitur, loquendo de viribus legis Regie 36. tit. 5. lib. 2. *recopil.* in hæc: Et si nemo potest de ejus viribus, & potentia dubitare, quia nihil de rebus ad Ecclesiasticum forum pertinentibus, disponit 330 idem, sed solum dat formam procedenti judicialiter in defensione subditorum per viam violentie, & extraordinaria cognitionis. Quid enim est judicialiter cognoscere, nisi figura, & forma judicij procedere, omnibus servatis terminis substantialibus, & cum jurisdictione, quia aliis ex carens ita procedere non potest. Sibi enim in vicem opposita sunt duo hæc, judicialiter, & extrajudicitaliter, quia aliud affinat, alterum vero negat, de
- 331 quorum natura, distinctione, & cognitione, quia latissime tractamus *infrā*, 2. p. c. 13. per totum, ubi multa scitu dignissima reperies circa hunc modum loquendi, quo lapsus usus est Cevall. hic omitti.
- Quod ultius declaravit *ibidem*, dum hanc protectionem, extraordinaria cognitionem simpliciter vocavit, quia extraordinaria cognitione de per se non excludit judiciale cognitionem, nec substantiale formam judicii, nec ab alio, quam à judice, & jurisdictionem habente experiri potest, *toto tit. ff. de variis, & extraordinariis cognitionibus*, quia non dictum extraordinaria respectu forme & modi procedendi; sed refutaculum; quibus adhibetur, ut ex eodem titulo patet, & ex omnibus practicis Doctoribus, & sic in hac materia non potest dici extraordinaria cognitione sola, & de per se; sed adjuncta extrajudicitali.
- 332 Unum tamen dissimilare non possum, quod post scripta vidi apud eundem Cevall. in *tratatu de cognitione per viam violentie gloſſ. 6. n. 42.* quo loco reprobatur opinione doctissimi Gregorii Lopez, Avendan. Azeved. ex eo quid inter confirmandam hanc naturali Principis defensionem afferverant nostram consuetudinem, de qua in d.l. *Regia 36.* procedere ex presumpta voluntate, & tolerantia Pontificis, qui propter bonum publicum toleravit dictam consuetudinem cognoscendi per hanc viam violentie, perperam enim illos reprobare intendit.
- Quero quid tum docti viri dicere, quod reprehensione digni possit ab aliquo judicari? Si quidem illi (ut afflent) juris notissima principia inequantur, in modo & lex 36. tit. 5. lib. 2. *recopil.* que fundatur in jure & consuetudine, quam consuetudinem aut non, legitime, & suis debitis requisitis inducat; & acquifitam fuisse factum est, aut scientiam, vel presumptam, seu interpretationem, & tolerantiam Pontificis intervenientem. Sed illud est fallum, quia dicta consuetudo omnibus suis partibus confans est, & legitimis modis, & requisitis necessariis inducat, prout nos latissime fundavimus *suprā* in *prælud.* 3. circa iustificationem consuetudinis, & probat Doctorum cetera, quorum nomenclatura ibi adducimus ad fin. ergo remaneat verissima illa Doctorum affectio. Etenim notissimum juris principium est, quod ad consuetudinem introducendam, & formandam in iuribus incorporabilis scientia, & patientia eius, contra quem introducitur, præcisè, necessarii requiritur, quia licentia hujusmodi & tolerantia deficiente, non habet principium, unde possit caſa consuetudo, quia in incorporabilis iuribus tolerantia habet vim pofſectionis, sicut in corporalibus, & sic deficiente in illis tolerantia deficit pofſellio; quare sequitur, ut sine possessione praedictio non procedat, de quo articulo quia plurima notitia digna tetigimus *infrā*, 3. p. cap. 10. à princ. & ferè per totum, hic amplius non repero: ergo cum Rex noſter levet in consuetudine; affertus Gregorii Lopez, & sequacum perperam, & nimis precipitanter, & inconsideratè fuit à Doctore Cevall. reprobata sine ratione, & sine fundatione, maximè quia illud idem, quod Gregor. Lopez, afferverant omnes in universis Doctores de hac consuetudine loquentes, quod citavimus *prælud.* 3. circa consuetudinem iustificationem, ad finem.
- 333 Sed quando hac ita verissima, & notissima non furent, ad effectum tamen, ut cognoscatur calumniosa, & iniqua reprobatio, quam illorum Doctorum fecit Cevall. *ubi suprā*, sufficit pro comprobacione, quod illud idem, quod nunc reprobat, ipse sequitur fuit pluribus in locis, etenim in *lib. 4. commun. opin. quesit.* 1. n. 274. impugnando opinionem Azoris dicit in hæc: Sed falva pace gravissimi, & religiosissimi viri, sua opinio generaliter, & indistinctè sumpta, non est vera, nec tenenda, cum sit singularis, & nullum habeat factorem, & loquitur contra communem Doctorum opinionem

## 48 De Regia protect. vi oppress. appell.

- monem, & traditionem antiquissimam de jure comprobata, & confirmatam per tacitum Romanorum Pontificum consensum. Hæc ille, qui proprio ore convincit, firmaque perpetrat reprobari Gregorium, & idem Cevall, iterum hoc idem, quod Gregor. profiteatur efficacius in eadem qu. 1. n. 251. in hæc verba, ibi: Maximè cùm ista confutet fundetur etiam ex tollerantia Pontificis, qui cùm habeat omnia jura in seruicio sui pectoris, & videat, & intelligat plures causas, de quibus in Regis consistoris cognoscitur per viam violentie, videtur tolerare dictam cognitionem, etiam si aliquantulum deviat ex tramite juris propter bonum publicum, &c. Quæ verba formaliter sunt eadem, que Gregor. Azeved. Sæpe. quos ipse modò varius; & inconsistens reprobatur, palinodiam recantans.
- 341** Hinc & ulterius reprehensione dignus est Cevall. qui in tractatu de cognit. per viam violentie, glof. 6. n. 57. minus docte reprobatur opinionem Dominici Bannez, eo quod in 2. 2. quæst. 67. artic. 1. dub. 2. concl. 6. dixerit, Reges Hispania habere privilegium Pontificis revocandi causas Ecclesiasticas ad sua tribunalia per viam violentie: in quo enim iste vir peccavit, ut reprobatione dignus sit tam ignominioso epitaphio, quo subscrivit Cevall. ibi, opinio Dominici Bannez reprobatur? nonne confutato immemoriali, quæ a fundat 1. Regia, quæ ut diximus caufatur à jure naturali, & corroboratur, fæc periclit Pontificis scientia, patientia, & tolerantia, vim privilegii habet, præsumerisque facit, privilegium Pontificis præcessisse, & similes alios efficiens, ut latissime suprà probavimus prælud. 3. circa justificationem confutauimus; igitur Bannez nihil disfons afferuit, sed exprefit illud, quod à jure tacite inest, quia ex immemoriali potest non solum allegari privilegium, sed etiam quibet alias titulus de mundo: plures ad id citat Rotæ decisiones, ante medium, quas literaliter adducit Nicolaus Garcias, de benef. 5. p. cap. 1. sub n. 452. ante medium.
- 342** Deinde quia fore scitum confundens Cevall. & redargueret, qui idem firmatus in eodem tractatu de violent. glof. 4. num. 6. ubi alios sequuntur in hac dicit: Et post hæc scripta doctissimum Sæpe, lib. 2. decisio in Epifol. Regia, verb. volentes. n. 122. ubi resolvit, quod quando confutato præscripta est immemoriali, & cum ea concurrat fama privilegii (ut in nostra lege Regni) habet vim sicut privilegium Papale, &c. (de quo & ego latius suprà, suo loco) qui enim de fama privilegii testatur, plus firmat, quam Bannez, si enim adest fama privilegii, quid illum redarguit, dicentes habere Regem privilegium, cum adit immemorialis, quomodo enim fama privilegii apparet potest, nisi it, qui de re hac tractaverint, testentur, imò omnes de eo mentionem faciunt, & eos sequuntur Bannez idem dicit Cæped. in questione canonice. 45. n. 18. & sub n. 27. & est videre per doctissimum Humadum, in l. 1. tit. 13. p. 1. glof. 4.
- 343** Vegan in summa. tom. I. c. 29. cap. 1. in finis vers. nota que el Rey, & in cap. 85. cap. 141. ver. nota para a se. imò & quod magis est, dicit Cæped. ubi proxime n. 18. ad finem, in hac: Imò quidem, ut referunt gravissimi viri nostri Catholicæ Reges, super hoc Summus Pontificem Sixtum IV. conculquerunt, infingente illustrissimo memoria immortali B. Franciscu Ximenio, l'oleano Archiepiscopo, Cardinali fæc Balduina, & dictis Pontificis vivæ vocis oraculo hanc confutetudinem comprobavit, conferunt concessione Bullam super hoc, &c. Hæc ille Cevall, igitur contrarium quomodo comprobare potest, si isti viri de actu affirmativo testantur? & quid mirum, hoc ita fuisse; cum in simili casu ad instantiam Regis Francie, qui pariter jure, & confutetudinem facit tamen habet tollendi violentias; Summus Pontifex Martin. V. illi concessit Bullam, de qua suprà; qua si nos juvamus (prout & ipsemet Cevall. ubi proxime, in proposito, cap. 10. n. 36.) multo magis hanc confue-

tudinem debemus tueri privilegio expresso, & ejus fama.

Quod enim inconveniens esse potest hanc cognitio-

nem per viam violentie competentem Regi nostro de

jure, & consuetudine, privilegio expresso confirmata,

& corroboratam habere? quæ enim abundant,

non nocent. Et quia certum est, posse quem ex pluri-

bus causis possidere, & ex utiliori iuravi 1. possideri, §.

ex pluribus, fl. de acquir. posse. ubi B. & Iff. textus etiam

in l. paterna, & ubi Paulus, & Bald. Cod. de judi. ha-

redi. tenet Bartol. in l. gerit, ver. ad secundum fl. de ac-

quir. heredi. idem tenet Alexand. in lib. 2. C. quod me-

ius causa, & conj. 32. volum. 3. & consil. 8. volum. 3.

pulchre, & multum ad nostrum propositum nostraras

J. Garc. tract. de nobilit. glof. 12. à n. 39. cum seqq.

Nec est in consideratione dicere, quod privilegium 349

possit ab eodem Romano Pontifice iterum revocari;

quia respondebat, id parum urgente, non enim ex hoc

impedit Regi recursum, & naturalis hæc defensio

competens jure naturæ, divino, & consuetudine im-

memoriali, cuius proprium, & naturale officium est, &

à diademe inseparabile; & sic licet cesset jus ex pri-

ilegesio, non cessant aliae causæ, & jura propria; quia

ubi concurrent duæ vincula, & jura, uno sublatu, actus

ex alio suffinetur, §. affinitatis, Institutus de nuptiis, cum 350

concordantibus, & quando plura iura in uno concurrunt

ex diversis respectibus, uno sublatu, remanent alia, nec

cum deficiente confunduntur; latissime multa congre-

rens in propositum Tiraq. de retrat. conventione. §. 2. glof. 351

unica, per totam, & præcipue à n. 18. cum sequentibus, &

iterum à n. 61. cum pluribus sequentibus, hinc viclus

in iudicio ex una causa, & jure super aliquare, poterit

ex alia causa, & jure rem iterum petere, & judicium

movere. l. si mater. §. si quis autem. & ad eodem. l. fin. 352

cum aliis, §. de except. rei judi. & d. si mater. §. si quis iter.

1. 2. ff. eodem tit. & nos latius suo loco diximus, ergo si

privilegium, quod contingat revocari, non ideo tolli-

Regi nostro facultas extrajudicialiter defendendi

vi oppressos, cum suffineatur ex jure naturali, divino,

poliūvo, & immemoriali, quibus viri proprii compe-

tunt, quod remanet intactum, & illibatum; quæ juridica

fundamenta, & rationes, cum non considerasset Cevall.

ad vincendum inconveniens revocationis privilegii, eo

indebet adiudicatus, & victus, motus fuit à vero aber-

rate, negans absolute privilegium, de cuius fama plu-

rimi testantur, & ipse erat, cuius contrarium ipse pro-

base non poterit, maximè cùm verisimilis sit adesse,

imò juris, & de jure præsumptione inducta ab imme-

riali præcessisse confundens est.

Quo supposito, merito reprobabitur doctrina Suarez

lib. 4. de immunitate Ecclesiastarum, c. 34. n. 33. ubi sup-

ponit Regen Hispania non habere facultatem cognoscen-

ti per viam violentie, nec suffineri, nisi Pontificis

privilegio, & tollerantia; (quod idem est) cui respondet-

ur, quod hujusmodi cognitio non fundatur dumtaxat in privilegio Pontificis tacito, aut præsumpto-

ex immemoriali; sed in jure Regali proveniente à ta-

dice, & fontem juris naturalis, quo jure proprium officiu-

Regis est vi oppressos liberare, & protegere.

Maximè quia recte defendi potest tale privilegium à

Pontifice concessum, non posse à Sede Apostolica

ampius revocari, quoniam hujusmodi privilegium

magis concessum est, & principaliter Ecclesia, & Ecclesiasti-

ca personis, quoniam hæc cognitio illi est magis

favorabilis, & nimis valde utilis, quia per eam Juridi-

cæstæ Ecclesiastica augetur, & tueri, & potius amplia-

tur, Pontificisque, & aliorum judicium superiorum de-

betis conservatur honor in tranquillitate, & rempublica-

cantrum utramque conservans, ne pax publica turbeatur, ut

laepius diximus, maximè suprà, in responzione ad quin-

tum principale argumentum, ver. & ideo minus ob-

ficiat, à num. 240. sed privilegium concessum in favo-

rem

## Pars I. Cap. II.

49

tem Ecclesia revocari à Principe non potest, ut te-  
nent Lucas de Penna in l. fin. n. 64. C. de locand. prædis  
civilib. Innocent. in c. novit. pro quo Feli. in cap. 84. eo-  
dem it. ergo oppresus non est culpandus, si dubius; vel  
velutiori, aut faciliori & uberiori ex his remedis utatur  
ad iuri defensionem, cum talia remedia non sint inter se  
contraria respectu finis: immò tendant ad eundem defen-  
sionis, scilicet, & protectionis effectum, ut exp̄s̄ probat  
text. optimus in c. dilector. de sent. excom. lib. 6. ibi: Sua

356 Probatur etiam, quia licet aliquando privilegium  
revocare possit Pontifex, tamen protectione, & defensio  
naturalis remanet Regi, cuius proprium est, & immu-  
table ex jure naturali, & hoc, quod alicuius etiam pri-  
vati proprium est, Princeps tollere non potest, quia Im-  
perator, & Princeps, licet fit Dominus quod protectione  
nem, atque recognitione universalis, iurisdictionem,  
357 non autem quantum ad dominium particularium re-  
rum, ad particularem spectans, de quo propterea dis-  
ponere non potest; ita in terminis, ut in uno plures  
referant, late profectum multa in proposito adducens  
Marta tractat de jurisd. 4. p. cent. 2. cap. 125. à n. 10. us-  
que ad n. 17. ubi quod Princeps in his, aliquid alterare,  
nec mutare potest, ubi elegantissime: ergo licet fate-  
mur, aliqua justitia de causa privilegii posse revocari;  
tamen non ius proprium Regis proveniens ex visceri-  
bus iuris naturalis.

358 Deinde quia Rex Hispania in temporalibus Ponti-  
fici non subfuit, quia sunt duæ potestates separatae, & di-  
stinctæ, (ut notum est) sed privilegium concessum non  
subditio, non potest revocari, ut singulariter volunt In-  
noc. in d. c. novit. quem sequitur B. in l. qui se patris. C. un-  
de liberi, & in l. si cum mibiſi de dolo. Card. in repe. c. per-  
pendimus, in prin. de fœn. excom. Marta ubi proxime  
11. q. 1. Caftrensi. in conj. 317. viso, & examinato panlo,  
col. 3. ver. constat autem. vol. 1. Decius in conf. 286. n. 10. Iff.  
in conf. 56. n. 2. vol. 1. Caftr. in l. digna vox, circa medium,  
ver. nota pro terris Ecclesiæ. C. de legib. Marta ubi proxime  
m. 20. quem (post hæc visus) de verbo ad verbum  
transcripsit Cevall. de cognit. per viam viol. 10. in pro-  
mo, tacita tamen authore, apud quem alia etiam potes-  
tis videtur ad hoc propositum fundamenta, pariter trans-  
cripto ipso Marta, eo tamen non citato. Vide etiam  
nonnulla per Toreblanca in tract. de magia, lib. 3. c. 26.  
à n. 3. cum seqq. ubi quod hæc cognitio violentia tolli  
non potest, late probat.

Miror igitur tanti Doctoris aliorum autoritatibus  
ex infelice detrahentis apponenda epitaphia, & igno-  
miniosas subscriptiones, ut cunctis patens sit, (reproba-  
tur opinio N.) quod quidem alienum est à viro tam do-  
cto, maximè nobili, cuius magis propria, & naturalis  
modestia est, flavissimo artificio aliorum opiniones re-  
probare, & in receptum redigere, quantum sit dumta-  
xat necessarium ad veritatem erundandam.

359 Illud tandem obiter prænotandum: non esse  
audiendum Gregor. Sayrim in thesauro casuum con-  
scientia, lib. 3. c. 18. n. 6. ubi approbans nostram cogni-  
tionem per viam violentie, ex jure naturalis principis  
affirmit cœlestis, quando alia via possit tolli violentia per  
Romanum Pontificem, ita ut ius datu recursum ad Pontificem,  
ceſſare recursum ad Regem, cui ut Theologo par-  
cendum est libenter, quia ratione caret; etenim si op-  
prefeo per judicem, licet ad iusdatum defensionem non  
soli propriæ personæ resistit, sed ad idem amicos  
convocare, ut vim propulsit, & auxiliunt, quantum  
fecerit erit recurrere, & urbanius iustitia ministrorum  
Regis ipsius (cuius proprium officium est) auxiliunt  
invocare, ut superius late diximus prælud. 3. à prime.

360 Et quid ad iuri defensionem, & propulsandam vim li-

citum est omnibus modis uti, dummodo in eis non

excedatur modus legitima defensionis, & inculta

361 turela (ut dicimus latius c. sequenti, à prim.) & proba-

tur iuri regulis, & principis dictantibus, quod nemo

pluribus iuri defensionibus prohibetur, ut in l. nemo

Salgado de Prost. Reg.

E  
litatem

## SUMMARIUM.

- 1 Theorica cognitionis per viam violentie abunda praeter ceteris tractat. Autor in cap. præcedenti.
- 2 Cognitio violentie fit extrajudicialiter absque umbra, & veligio jurisdictionis, quam nec subiecta materia, nec forma procedendi patiuntur.
- Cognitio violentie nihil comitem jurisdictionale, quia est nuda potestas,
- Naturalis defensio,
- Auxilium politicum,
- Oeconomia tunio,
- Permisa facultas,
- Et licita vis.
- Charitativa proteccio,
- Propugnaculum violentie,
- Aylum vi oppressorum,
- Tutus accessus,
- Legitimus recurſus,
- Vix protelliva, & propulsiva, quæ vix iusta justè re-  
pellunt & à principe propulsant, ibidem.
- Violentia tractans ingentes includit difficultates.
- Author à pluribus doctissimis viris Senatoribus, & Ad-  
vocatis fuit persuasus, in lucem edere hunc laborem, ui-  
litatem